

Band V., Nr. 1374, Seite 142

Abt Walter und Konvent von Herrenalb vertauschen an den dortigen Schultheißen Steimar einen Acker, früher Weingarten, zu Malsch gegen $3\frac{1}{2}$ Jauchert Ackers.

Ohne Ortsangabe, 1256.

Frater W. dictus abbas et conventus in Alba monasterio, Cysterciensis ordinis, patere volumus tam posteris quam presentibus, quod conmutavimus agrum factum ex vinea in villa Malsch situm in via que ducit ad puteum, quem omni libertate possedimus, Steimaro eiusdem ville tunc sculteto pro tribus iugeribus agrorum et dimidio, quorum unum est inter grangiam nostram et proximam ripam, unum adiacet quatuor nostris iugeribus ultra proximam ripam, unum vero et dimidium iacet apud arborem Azzelonis. Et hoc consentientibus Gotefrido dicto Simelar, tunc advocato illustris domini R. marchionis de Baden, et eiusdem universitate ita videlicet, quod prefatus Steimarus et post ipsum sui heredes inpendant domino marchioni vel cuicunque domino ville omnem servitutem de agro sibi dato, que deberet inpendi sibi ab agris prenominate nobis adscriptis, ut eos possideamus in perpetuum libera facultate. Ut autem hec conmutatio sine qualibet calumpnia stabilis permaneat, sigillo universitatis in Etheningin cum testibus subscriptis eam a sepedicto Steimaro nobis petivimus roborari. Sunt vero testes in Etheningin: Otto sacerdos, Gotefridus scultetus, iurati Ludewicus iuvenis, Volkmarus, Hartungus, Gozzo senex.
 Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. quinquagesimo sexto.

Der Textabdruck folgt dem Original.
 An der Urkunde das nahezu dreieckige Siegel der Stadt Ettlingen, 50, c. 42 mm (IV. A. 1): Ein mit dem badischen Schrägbalken überdeckter Schlüssel, Bart links und oben; von der Umschrift noch erhalten: + S . . . M . CIVIVM . . . TE E . . .

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 489 K U 392 und 393

Überlieferung und Textkritik:

2 Ausfertigungen. Ehemals im GLA Karlsruhe.

Editionen:

Schöpflin: Historia Zaringo-Badensis, Bd. 5, S. 224. Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 31, S. 242.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Walter; Abt von Herrenalb Herrenalb; Konvent

Ortsindex:

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)
 Bad Herrenalb, CW
 Ettlingen Wohnplatz (5346)
 Ettlingen, KA
 Malsch Wohnplatz (5383)
 Malsch, KA
 Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) : Innenstadt, Baden-Baden BAD
 Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) Wohnplatz (5203)